RVDIMENTA GRAMMATICES.

Secunda Tantûm: In gratiam
Iuventutis Scoto-Britannicæ Conscripta.

Authore M. A. S.

Multò omnia quàm antè emendatiùs edita; & aucta locis innumeris: Adjectis etiam Notis.

Disce aliquid, nam cum subitò (mundana) recedunt;
Assimilare Fluvio, homo, non desine nunquam.

EDINBVRGI,
Excudebat *Thomas Finlason*, Anno 1607.
Cum Privilegio Regiæ Majestatis.

Origina
Defe

nal

fective

RVDIMENTA GRAMMATICES.

Secunda Tantûm: In gratiam Iuventutis Scoto-Britannicæ Conscripta.

Authore M. A. S.

Multò omnia quàm antè emendatiùs edita; & aucta locis innumeris: Adjectis etiam Notis.

Disce aliquid, nam cum subitò (mundane) recedam;
Assurgunt subitò fata, bonisque dies non deficit ingrata.

EDINBVRGI,
Excudebat Thomas Finlason, Anno 1607.
Cum Privilegio Regiæ Majestatis.

2. April 1825.

SECVNDA RVDIMENTA CONSTRVCTIONVM.

Chirtula Lector habet totam Syntaxeos artem, (Experire bene,) & facilem: mirabile flacco.

Magister.

Genus numerus, persona & casus, distinguunt orationem congruam ab incongruai prima persona, est dignior secunda & tertia quemadmodum secunda tertiã antecellit, verbum infin. aliquotiens ponitur vice nominatiui casus tẽ fragmenta orationis verba primæ & secundæ personæ & exceptæ actionis cum loquelæ verbis raro habent, nominatiuum exprimunt nisi per figuram. Masc. genus est dignior femin. & neutro. Femin. etiam inter bus animatis a lioquin neu. gen. dignius exteris

QVM satis dictum sit (mi puer) *pro parvitate tua de partibus orationis, proxima cura est, vt de ipsa oratione pauca tractemus?*

¶ P. Etiam ego cupio (mi præceptor) te audire quędam de oratione præcepta si placet. ¶ *Ma. Audies, nam nihil est* (mi puer) *quod ego malim quam te quàm doctissimum esse.*

¶ *Quid est Constructio?*

¶ P. Est debita partium orationis inter se cõpositio, sicuti recta Grãmatices ratio exigit. porro eam rectam Grãmatices rationẽ appello, qua veterũ probatissimi, tam scribendo, tum loquendo plurimũ vsi sunt. *M. Quotuplex est constructio?* P. Duplex, nam vna est transitiua, aliam intransitiuam rectè dixeris.

¶ Congruentia Nominatiui & Verbi

M. Quomodo Nominativus & verbum consentiunt? P. In numero & persona: vt *Ego doleo, tu gaudes, illi rident, nos fallimur, Pater & præceptor accersunt te, Ego & tu sumus in tuto, tu & pater estis in periculo. Turba ruunt in me.* Impersonalia nullum ante casum habent, at personalia infiniti modi accusandi casũ a fronte abscisunt: vt *Te bene valere gaudeo.*

¶ Congruentia Substantiui & Adjectiui.

M. Quæ est secunda Constructio intransitiua? P. Substantiui & Adjectiui. *M. Quæ adiectiua huc pertinent?* P. Nomina, Pronomina, & Participia. *M. In quibus spectatur congruentia substantiui & adiectiui?* P. In genere, numero, & casu: vt *Homo armatus, Amicus certus in re incerta cernitur.*

nitor, meus herus, ager colendus? M. *Quum plura Substantiua per coniunctionem annexa ad vnum adiectiuum referuntur, quo in genere & numero debet adiectiuum collocari?* P. In plurali, & ita vt conueniat cum dignioris generis substantiui: vt *Rex & Regina beati.*

¶ Congruentia Relatiui & antecedentis.

M. In quibus spectatur congruentia relatiui & antecedentis? P. In genere, numero & persona: vt *Accepi tuas literas quæ mihi magnopere placuerunt.* M. *Quænam eedo Relatiua huc pertinent?* P. Qui, quę, quod, ille, ipse, iste, hic & is, cum composito Idem. M *Quid dices de cæteris Relatiuis?* P. Cętera ab antecedente sępe discrepant sed consentiũt cum nomine substantiuo sequenti in genere, numero & casu: vt *Talis est ciuitas quales sunt principum mores.*

¶ Congruentia Interrogatiui & Responsiui,

M. Quum multa sint interrogatiua tum substantiua tum accidentis, dic quomodo congruunt cum suis (à) reddituis? P. In casu, vt *Quis diues? qui nil cupiat. Quis pauper? auarus. A quo audierit Alexãder magnus? ab Aristotele* M *Potestne aliquoties interrogatiuum discrepare a suo reddituo?* P. potest quidẽ. vt *Quãti decet tuus pædagogus?* Talento. *Cuius magnopere interest?* Mea. *Cuium est pecus? Meliboei. Quot annis est pater tuus? centum annorũ.* In sũma, casu dissident: quoties dictio regens diuersos exigit casus: vt *Non minoris emi quam talento.*

¶ Substantiua appositiuè posita,

M. In quibus conueniunt Substantiua appositiuè posita? P. Satis est si in eodem casu jungantur quãquam genere ac numero dissideant: vt *Anna soror. Archias poeta. Vrbs Athenæ. Abstulisti maronem meas delicias. Effodiuntur opes irritamenta malorum.* Quibusdam appositio est quoties post Verbum Nominativus apponitur: vt *Plato est philosophus. Maro fuit Poeta.*

¶ De Regimine Partium.

M. Quot partes orationis asciscunt post se casum? P. Omnes excepta Conjunctione. Nomen, vt *Arma Achillis.* Pronomen, vt *illud accessit mali.* Verbum, vt *miseret me tui.* Participium, vt *donaturus tibi vestem,* Adverbium, vt *nusquam gentiũ.* Prępositio vt *extra vallum:* Interjectio vt *O dij immortales. Heu me.*

¶ De constructione Nominum,

M. Nomina in quem casum feruntur? P. Substantiua (nisi fuerint propria) genitivum postulant: vt *Comes Vlissis, Cyathus vini, Modius tritici.* Huc referuntur Adjectiua substantiuè posita in neutro genere: vt

est. Oportet vt adjectiuũ habeat substantiuũ, expressum vel subauditum nisi ipsum substan. vicem obtineat. Qualis, quantus cujus, quot-quot tenus, quotennus & quotuplus relatiua dicuntur accidentis quia habent antecedens adjectivum Cætera vero relatiuæ substãtiæ dicuntur, quia habent antec. substant

Relativum aliquoties non dictionem sed fragmentum orationis repetit, idque in genere neutro.

Propria casum non regunt nisi per subintellectionem appellatiui nominis: vt Andromache Hectoris sub audi Vxor.

Multum lucri, paulum pecuniæ.

¶ De constructione Adjectiuorum.

M. Nomina adiectiua in quem casum feruntur? P. Adjectiua multifaria genitivum postulant; vt *diues pecoris, expers fraudis.* (b) Item varia adjectiua partitiuè posita: vt *aliquis vestrum mentitur sexum. Quintus regum Romanorum: Vna harum causarum, me monet vt faciam. Minor fratrum de duobus, Maximus fratrum de pluribus.*

¶ Dativus post nomen adjectivum.

In dativum feruntur, quæ commodum aut incommodum significant (c) vt *res tibi permolesta, mihi iucunda, tibi permitiosa, mihi salutaris,* Item hęc: aptus, accōmodus, idoneus, vtilis, inutilis, obnoxius, similis, dissimilis: vt *aptus bello, obnoxius illi, dissimilis patri.*

¶ Accusativus post nomen adjectivum,

M. Adiectiua significantia magnitudinem: vt longus, latus, altus, crassus, profundus, *quem casum exigunt?* P. accusativum. vt *Turris alta, trecentos pedes, Liber crassus tres digitos.* Quędam accusativum regunt figuratè: vt *Virg. Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque: Et crines flauos.* ¶ Ablativus post nomen adjectivum.

M. Cedo adiectiua quæ ablatiuum asciscunt? P. Dignus, indignus, vacuus, onustus: vt *dignus est honore, dignum est illo, vacuus curis, onustus diuitijs,* Item pauper, dives, plenus, inanis, quę etiam genitivum admittunt: *plenus Rimarum sum vel rimis.*

¶ De constructione Pronominum,

M. In quem casum feruntur Pronomina? P. Pronomina suapte natura raro asciscunt casum, prętęr Primitiua substantiuè posita in neutro genere: vt *hoc noctis, illud mali, id temporis.* At idem vel dativum admittit: vt *idem facit occidenti.* vel ablativum mediante præpositione: vt *Idem cum proximo sentit.* Nostrum & vestrum genitiui plurales, pendent a nominibus partitiuis: vt *aliquis vestrum,* Item a comparatiuis & superlatiuis: vt *Segnior vestrum de duobus, segnissimus vestrum de pluribus.*

Mei, tui, sui, nostri, & vestri genitiui primitiuorum passiuè significant, & raro adiectiuum admittunt. Mei tui sui nostri & vestri genitiui possessiuorum nunquam sine substantiuo inueniuntur. Mis tis sis affine significant, sedobiectum in dissuetudinem.

¶ De Constructione Verbi ¶ Nominativus post Verbum.

M. Quotuplicia verba vtrinque nominandi casum asciscunt? P. In primis Sum, forem, Fio, & existo, Exempla passiui occurrūt. Deinde passiua quę vocantur vocatiua: vt *Crœsus vocatur dives.* Tertio, quædam actiua: vt *Audiui hæc omnia puer.* Postremo, Neutra quę ad gestū corporis

Quæ ad eandē rem pertinēt in eodem ponitur casu: vt Pastor Coridon. Marcus, Tulli? Cicero. (b) Huc pertinent quæ significant copiam vel inopiam quæ regunt etiam ablatiuū. Particularis & vniuersalis signa regunt genitiuū. Numeralia. Cardinalia & Ordinalia regunt genitiuū. Nomina cōparatiui & superlatiui gradus cum part. cap. regunt genitiuum, e. Natus gloriæ & natad gloriam. Dicimus etiam aptus ad bellū. Similis & dissimilis habent modo genitiuum modo datiuum sed in diuersa significatione. Apponūtur his nomina comparatiui gradus nisi capiantur partitiue.

poris pertinent: vt *Studes pronus, dormis supinus, incedis rectus, vedeo in de ratus atque egreferens.* In summa quoties nominativus qui verbum sequitur & precedens nominatiuus idem significant.

¶ Genitivus post Verbum.

M. Recense aliquot exempla Verborum que in genitivum seruntur? P. *Hæc vestis est patris, Non est officium filij. Parui ducitur probitas. Pili te non facio. Minoris veuendes quam emeris: Accusauit fratrẽ male geste rei & male obite legationis, Damnauit incestus. Obliuiscor & recordor tui vel te. Egeo vel indigeo pecunię vel pecunia. Abundo lactis vel lacte.* Et quę significant qnietem in loco, vt *vixit Romæ.*

Sum significans: possessionem aut ad aliquid pertinere regit genitiuum. verba æstimandi reguns gen. Vendendi & emendi regunt genitiuũ, Accusandi damnandi, Recordandi & obliuiscendi regunt genitiuum.

¶ Dativus post Verbum.

M. Adfer aliquot exempla de dativo, P. Omnibus sapit sibi vni non sapit, *Non potest mihi nec commodare nec incommodare; prescribit leges victis: Edico tibi miles. Inservis tuis commodis, Inservis tempori. Reclamat vel obstrepit nobis.* Item quæ componuntur cum his prepositionibus. pre, ad, con, sub, ante, post, ob, in & inter.

Verba acquisitiue posita regunt dativum. Verbum acquisitiue ponitur quid acquiri vel adimi dicitur. Dativus qui exponi potest per accusativum regitur a quovis verbo. Do ere, edoceo, reposco, rogo, oro, postulo, peto imo induo vestio, calceo, cingo regit dativum. verba quæ significant commodum aut incommodum regunt dativum. Verba imperandi & nuncupandi, obsequij, & repugnandi dat. quædam duos dat. admittũt.

¶ Accusativus post Verbum

Accusativum habent verba Transitiua cujuscunque generis sunt: vt *Salutas Patrem, Bibis vinum.* Post adscripta geminum admittunt accusativũ, Item hęc, *quam hic vitam viuitis: Endimionis somniũ dormis. Sapit adustionem, Olet vnguenta, Potauit totam noctem. Latum culmum ne abieris.* Et quæ significant motionem ad locum: vt *Nauigauit Carthaginem,* At præpositio additur appellatiuis & locorum majorum nominibus. *Accusativus cog. sig. Accusit. per figuram. Accusitis. sig. spatium temporis & loci.*

¶ Ablatiuus post Verbum.

M. Cedo exempla de ablativo? P. Cecidit me loris. *Petijt me saxo. Mira celeritate rem peregit. Ingurgitauit stomachum cibo, Leuabo te hoc onere. Emũxit senes argento.* Item *rideris ab omnibus. Vapulabis a preceptore* Accedunt huc quæ significant motum è loco: vt *decessit Londino, Rure reuersus est,* Item vescor, vtor, abvtor, fruor, prosequor, afficior, & potior, quod &genitivum habet, sed in diuerso sensu.

¶ Obseruatio multum necessaria.

Eidem verbo diuersi casus apponuntur pro diuersa ratione: vt *Dedit mihi hanc vestem pignori: te præsente, propriam nan.*

Nominor Nũcupor, dicor, vocor, salutor, appellor, habe, or, existimor vocatiua dicũtur. Infinitiũ quoquæ vtrinque nominat, habet accidentibus verbis optandi: vt Petrus studet haberi diues. Malim esse diues quam haberi. Aliquoties accusat, aut necesse est vt sequatur necesse est, vt malim me esse diuitem quã haberi, verba copiæ & inopiæ regunt geniti.

Ablat. instrumenti vel modi, regit quovis verbo Implendi orandi, & his diversis regũt ablativum Ad hanc spectant. Mereor compositum cũ bene male pejus optimè pessimè sed interveniẽte præpositione de.

Ablat. absolutus pendet á quolibet verbo vel participio.

¶ De Gerundij vocibus.

Gerundia omnia & supina priora, eosdem fermè casus admittunt, quos habent verba a quibus deducuntur: vt *ad discendum literas, non erat copia conueniendi hominem.* At cum passiuè capiuntur in nullum casum transeunt: vt *memoria exercendo augetur. Cantando rumpitur anguis* Gerundia in (di) pendent á nomine substantiuo, Gerũdijs in (dum) præponitur præpositio ad, vel inter & ante, sed raro: quę in (do) desinũt ab in, vel ab, (vt plurimũ pendent) aut simili dictione quę requirit ablatiuum.

¶ De Supinis.

Priora Supina sequuntur verba & participia motionem ad locum significantia: vt *abiit piscatum, Spectatum admissi, risum teneatis amici.* Poste in Supinũ significationis est passiuè, & adhæret nominibus adjectiuis, vt *Turpe dictu, mirabile visu.* Impersonale verbum mutatur circuitionem præteriti tẽporis á supino priore, & verbo est: vt *pugnatum est.*

¶ De Participijs.

Participia sequuntur constructionem verborum a quibus deducuntur: vt *consulens tibi, diligẽdus ab omnibus.* At participia genitivũ postulant cum transeunt in naturam nominum, siue id fiat compositione: vt *inexpertus belli,* siue comparatione: vt *cupiens, cupientior cupientissimus tui.* siue mutatione sensus, aut temporis amissione, vt *Amans vini,*

Quanquam in his sit interdũ dativus vt diligendus omnibus.

¶ De constructione Adverbiorum.

M. Adverbia in quos casus feruntur? P. Demonstrantis adverbia nominatiuo seu accusatiuo junguntur: vt *en lupus in fabula. en quatuor aras:* Item adverbia loci, temporis, & quantitatis regunt genitivum: vt *eo loci redacta est res: potentiæ gloriæque abunde est: tunc temporis.* Quædam dativum expetunt nominum vnde deducta sunt: vt *venit obuiam illi: cánit similiter huic.* Pridie & postridie genitivum vel accusativum postulant: vt *Pridie nonas vel nonarum.* Quæ Comparatiui gradus sunt ablatiuo gaudent: vt *accessi propius te.* id est, *quam tu.*

Ergo pro causa sive Conf. sive Adverbiũ gen. habet vedhus ergo, virtutis ergo.

¶ De constructione Conjunctionis.

M. Quamuis proprium Coniunctionis officium sit annectere similes casus, & modos, potestne aliquoties casus dissimiles contingere? P. Maximè, cum dictio regens in diuersos casus transit: vt *Asse emi & non pluris. Epistola tua, & Ciceronis.*

Vide constructionem præpositionis in prim. Rudimẽ.

¶ De Præpositione.

Præpositiones quæ citra casum vllum vsurpantur in adverbiorum naturam transeunt: vt extra meijte. *M. Quot figuræ accidunt præpositioni?* P. Tres Anastrophe, vt *Iuxta contra:* Archaismos, vt *Longè post tempore.* id est,

Anastrophe est præposterus ordo. Archaismos est casus pro casu posito

post long-

post longũ tempus: Parallage vt *Multa super Priamo rogitãs, super Hectore multa.* id est, *de priamo et hectore.* ¶ De Interjectionis constructione.

Parallage est positio pro positionis præpositione.

M. Quot casus regunt interiectiones? P. partim nominativum vt *ô festus dies hominis.* partim dativum, vt *Væ misero mihi* partim accusativum, vt *O fortunatos nimium bona si sua norint, Agricolas.*

¶ De constructione Impersonalium actiuæ vocis.

M. Quot sunt classes verborum impersonalium actiuæ vocis? P. Sex. Nam est, interest, & refert, ad primam classem pertinent, & in quemvis genitivum transeunt exceptis his: Mei, tui sui, nostri, & vestri.

M. Quem casum regunt hæc tria horum genitivorum loco? P. Est postulat hos nominativos neutri generis, meum, tuum, suum, nostrum, & vestrum: vt *non est meum contra patris authoritatem dicere.* Interest vero & refert hos ablativos fœminini generis poscunt: mea, tua, sua, nostra, & vestra: vt *mea nihil refert, tua quid interest?*

¶ Impersonalia secundæ classis.

M. Recense secundæ classis impersonalia? P. Contingit, placet, evenit accidit, suffici, constat, libet, liquet, dolet, vacat, conducit, expetit licet, præstat, convenit, suppetit: quę omnia in dativum feruntur: vt *non cuivis homini contingit adire Corinthum. Constat omnibus te authorem esse sceleris.* ¶ Tertiæ factionis Impersonalia.

Ad tertiam factionem pertinent; juuat, delectat, decet, oportet, offendit & lędit: hæc accusativum casum desiderant: vt *non decet senem; Iuvat nos arma videre.*

Notabis hæc omnia Personalia fieri & eandem ob rem ego cõstructionem tere semper admittere. Adverbia interiectiones & cõiunctiones nullum certum locum habent in ordine Grammatico: nam nunc in principio nunc in fine, nunc in medio ponũntur

¶ Quarti ordinis Impersonalia,

Quarti ordinis sunt: miseret, miserescit, piget, Item pœnitet & pudet cum suis compositis, pertędet, distædit, depędet, suspendet: hæc accusativum cum genitivo postulant: vt *miseret me tui, Non te pudet vanitatis?*

¶ Quintæ classis Impersonalia.

Benefit, malefit, & satisfit siue habeant nominativum expressum siue non habeant regunt dativum cum ablativo: vt *ámo benefit amicis, á nemine satisfit auaro.* ¶ Sextæ classis Impersonalia.

Potest, debet, solet, incipit & desinit, impersonalibus infinita sũt, sed prorsus absoluta, Construuntur autem cum Infinitiuo modo vtrinque: vt *Sapere debet placere omnibus.*

¶ De Impersonalibus passiuæ vocis.

M. Quid affers de Impersonalibus passiuæ vocis? P. Non est certus eorum neque ordo, neque numerus: sed deducuntur fermè ab omni-

omnibus

bus verbis finitis in (o) idque a tertia persona singularis numeri: vt *ab amat, amatur: stat statur: currit curritur. M. Cur dixisti ferè?* P. Quia ab his verbis, Exulo, vapulo, veneo, Fio, Pendeo, Nubo, Liceò, Nolo, Volo, Malo. Item a verbis Inchoatiuæ & meditatiuę formæ & a quibusdam alijs, Impersonalia in (tur) admodum raro formantur. *M. Quem casum regunt?* P. Ablativum, interveniente prępositione a vel ab, & casum verborũ à quibus deducũtur, nisi ab Actiuis cadãt vt *a me seruitur tibi: à Parmenone statur.* ¶ De orationis solutione.

Regum est tueri leges Interest omnium recte agere Refert Impersonale ex abl. (re) & fero, fers, fert. Bonorũ refert vt nocentes amplectantur.

Dicimus etiam Puditum est cõsilij Tædet me viuere.

M. Dic de quo ordine Grãmatico Periodus latinè constructa soluitur? P. Si Vocativus in oratione fuerit, ab eo primum incipienda constructio est: hinc statim veniendum ad Nominativum, & huic, si quid ab eo regatur addendum est tunc ad verbum, si Personale erit: vt, *aptissima omnino sunt (Scipio & Leli) arma, artes, exercitationesque virtutum.* sed si solum impersonale verbum principio occurrit, ab hoc statim initium faciendum est ordinis Grammatici: vt *omnes homines decet, ne vitam silentio transigant vt pecora. M.* Licet nè *aliunde quam ab hisce præcedentibus ordinem constructionis ordiri?* P, Imo oportet ab interrogatiua dictione obliqui casus: vt *quem vidisti?* Item sępè ab adverbijs vocandi, hortandi, optandi, demonstrandi, prohibẽdi: vt *O Pamphile, salne age dic: O si recuperari tempus elapsum posśit: Ne iures.* Prętera à multis alijs: vt cum, dum, quando, quandoquidem, donec: vt Virg. Ecl. 5. *Dum iuga montis Aper, fluvios dum Piscis amabit.*

¶ *OBSERVATIO,*

Obseruabis denique (mi Puer) *complures esse constructiones, quæ neque transitiuæ neque intransitiuæ sunt Cuius generis sunt:* Ars dicendi: sedendo vincit: Inter cœnandum: Abijt piscatum. Mirabile visu: Discę seruire: Strenuè factum est: admodum anus, quam maximè,

Et id genus Syntaxeos quam plurimę passim legenti occurrit.

Finis.

BRITISH MUSEUM 5 AP 80